XVII

Allegorice a ¶ Ego aũt: illi ita. Ego aũt: dic̃ christus: b ¶ In iusti/cia: quã exercebo: c ¶ Apparebo: i iudicio. d ¶ Cõspe/tui tuo: Vel/ in cõspectu tuo. i. in bũplacito tuo. Et cum iudẹi satienẹ modo imũdicia: ego e Satiabor/mũdicia i san/ctis meis. Vel/ Satiabor: salute generẹ bũani: de qua dixi i cruce: Sitio Joh. xix.

f. f ¶ Cũ apparue/rit gl̃ia tua: eterna/ sanctis in iudicio.

a Ego aũt in iũsticia appare/
b bo ꝓspectui tuo: satiabor cũ
c t apparuerit gloria tua.

¶ In finẽ puero dñi dauid verba cãtici hui⁹ quẹ locut⁹ est dño in die qua eripuit eũ dñs de manu inimicoꝝ suo/rum: ⁊ de manu saul et dixit:

Al. t manifes/tabitur

Dozaliter * dolores mortis. Job. vj. a. Sagittẹ dñi in me sunt. Par/uulis suis. Sap. iiij b. Ex iniq̃s oẽs filij q̃ nascenẹ testes sũt neq̃/cię aduersus parentes iterrogatiõe sua. Ver/sus: Exclamãt e vel a quot q̃t nascunt ab eua. Et dic̃ pluralik: Reliquias: qz sunt multẹ reliquię. Prima ẽ recordatio pec/cati ad delectandũ: q̃ deberet deleri. Exo. xvij. d. Delebo me/moriã amalech. Esa. xiiij. f. Perdã babylonis nomẽ et ꝓge/niẽ ⁊ reliq̃as ⁊ germẽ. Josue. x. c. Josue cẹpit macedã ⁊ pcus/sit i ore gladij regẹ illi⁹/⁊ oẽs habitatores eⁱ⁹ iterfecit: nõ di/misit i ea saltẽ paruas reliq̃as. Per iosue significak iust⁹: Per macedã q̃ iterp̃tak exurẽs vel exustio/significak pctm̃: qõ exu/rit oia bona q̃ inuenit: qz ẽ ignis vsq̃ ad cõsũptionẹ deuozãs: Job. xxxj. b. Per os gladij/os ꝓfitẽtis: Per regẹ macedã ꝓ/pria volũtas designak. Secũda ẽ locutio de peccato. Eph. v. a. Fornicatio aut imũdicia nec noiek inter vos ⁊c. Et non tm̃ nomẽ pcti: imo etiã sil̃itudo pcti delẽda ẽ. Osee. ij. d. Auferã noia baalim de ore eⁱ⁹. Tertia ẽ aspect⁹ vel colloquiũ rei desi/deratẹ. Eccl. ix. b. Auerte factẽ tuã a muliere cõpta: ⁊ ne respi/cias speciẽ alienã: Propter speciẽ em̃ mulieris perierũt mul/ti. Et post: Colloquiũ eⁱ⁹ q̃si ignis exardescit. a ¶ Ego aũt/ dicit vir iust⁹: b ¶ In iusticia: bonoꝝ operũ. c ¶ Appa/rebo cõspectui tuo. Exo. xxxiiij. c. Nõ apparebis i ꝓspe/ctu meo vacu⁹. s. a bonis opib⁹. Vel/ In iusticia: cõsũmata: q̃ñ. s. tu eris oia i oib⁹. De q̃ iusticia dr̃ Matth. v. a. Beati q̃ esuriũt ⁊ sitiũt iusticiã: qm̃ ipi saturabũt. De q̃ saturatiõe sub/dit: e ¶ Satiabor. Hẹc satietas erit i impletiõe desiderio/ Ps. 102. rũ. Ps. Qui replet i bonis desideriũ tuũ. Et hoc: f ¶ Cũ ap/paruerit gloria tua/ cuilibet iusto i se ⁊ in alijs. j. Joh. iij. a. Charissimi nũc filij dei sum⁹/⁊ nõdũ apparuit q̃d erim⁹ ⁊c. Esa. xxvj. b. Tollak impi⁹ ne videat gloriã dei.

Multe sunt reliquie

Partitio psalmi

O Jligã te ⁊c. Titulus. In ¶ Expo. Ps. XVII. finẽ puero dñi dauid/ verba cantici hui⁹ q̃ locut⁹ ẽ dño i die q̃ eripuit eũ dñs de manu inimicoꝝ suoꝝ ⁊ ḋ manu saul/⁊ dixit. In p̃cedẽti psal/mo egit ḋ oꝛone, p liberatiõe sua ⁊ mẽbroꝝ: h aũt agit grãs ꝓ liberatiõe spũali: Litteralik aũt, p victoria dauid. Quia g̃ agit grãs ꝓ libatiõe resurrectiõis a morte ⁊ a diabolo/q̃ p saul de/signak: Talis est sensus tituli. Verba cantici hui⁹. i. psal/mi: attribuũt dauid. i. christo. s. puero dñi: dirigẽtia in fi/nẽ. i. in christũ: quẹ locut⁹ ẽ dño. i. ad honorẽ dñi patris: In die qua eripuit eũ. i. liberauit/ dñs/ pat. De manu inimicoꝝ: dẹmonũ. Et de manu saul. i. mortẹ. Saul em̃ iterp̃tak petitio: qz p̃lus nõ volũtate dei sibi regẹ petijt. Si/militer de⁹ mortẹ non fecit. Sap. j. c. sed hõ eam sibi mani/bus et pedib⁹ acq̃siuit. Et est idẽ psalm⁹/licz quibusdã verbis mutatis. ij. Regẹ. xxij. Et loquik quẹdam in ꝓsona capitis: q̃/dam in ꝓsona mẽbroꝝ/ voce nõ mutata, ꝓpter vnionẽ capitis et membroꝝ. Quattuor sunt partitiões. Primo de libera/tione gratias agit. Secũdo agit de cladibus humani generis ante primũ aduentũ domini: ibi: Circũdederũt me. Ter/tio christus agit de virtute ac potẽtia sua: ibi: Deus qui p̃/cinxit. Quarto ecclesia lẹta munera dei laudat: ibi: Eliuit dominus. Agens ergo gratias/dicit: g ¶ Diligã te dñe/ dicit vir iustus: sicut patrem filius: sicut spõsa sponsum: sicut magistrũ discipul⁹. Deut. vj. a. Diliges dñm deum tuũ ex to/to corde tuo: ⁊ ex tota aĩa tua: ⁊ ex tota fortitudĩe tua. Hoc ẽ ꝓm beatũ Berñ. dulcik/prudenẽ/fortiter. Debet em̃ nr̃a dile/ctio esse dulcis/prudẽs/⁊ fortis. Vñ dicit beat⁹ Berñ. Disce christiane/a christo amare christũ. Ama dulciter/ama prudẽ/ter/ama fortik. Dulciter/ne illect⁹: prudẽter/ne decept⁹: fortik ne depsus ab amore dñi auertaris. Hui⁹ dilectiõis dulcedo ꝓsistit i trib⁹. Prio i recordatõe ꝓmissiõis pctõꝝ. Ps. Sua/uis ẽ dñs vniuersis: et miserationes eⁱ⁹ sup oia opa eius. Luc. vij. g. Dimissa sk ei peccata multa ⁊c. Secũdo in recordatiõe bñficiorũ dei. Ps. Memoriaz abũdãtię suauitatẹ tuę eructabunt. Tertio in p̃gustatiõe vitę ẹtnę. Ps. Gustate ⁊ videte qm̃ suauis ẽ domin⁹.

s b i k l m n o p q r s

Al. t virtus

Ps. 144.

Ps. 144.

Al. t redemptor

Ps. 35.

Itẽ prudẽs debet eẽ dilectio i trib⁹. s. Primo p̃uidẽdo ĩsidias diaboli. ij. Corẹ. ij. c Ut nõ circũueniamur a sathana: Nõ em̃ ignoram⁹ cogitati/ones eⁱ⁹. Cantẹ. vij. b. Masus tu⁹. i. discretio: sic turris liba/ni. i. custodia cãdoris ⁊ mũdicię: q̃ respicit ꝛ damascũ. i. ꝛ insi/dias diaboli. Damasc⁹ em̃ interp̃tak pot⁹ saguis: ⁊ significat diabolũ. Secũdo tim̃ p̃uisas insidias p̃cauẽdo. Prouer. xx. b. Rex q̃ sedet i solio iudicij/dissipat oñe malũ intuitu suo. Et i eodẽ. d. Dissipat ĩpios. i. malos mot⁹: rex sapiẽs. i. rõ. Tertio i sic cauẽdo strenue pseuerãdo. Sap̃. viij. a. Sapia vincit ma/licią: attingit a fine vsq̃ ad finẽ fortik/et disponit omia suauik. Itẽ dz eẽ fortẹ i trib⁹. Primo i expellẽdo timorẽ. j. Joh. iiij. d. Perfecta charitas foras mittit timorẽ. Ps. Dñs illumia/tio mea ⁊ sal⁹ mea: quẽ timebo: q. d. nullũ. Secũdo i appetẽ/do laborẽ. Job. vj. b. Quis mihi det vt veniat petitio mea: ⁊ qõ expecto tribuat mihi de⁹: soluat manũ suã ⁊ succidat me ⁊ affligẽs me dolore nõ parcat. Cãtẹ. vlk. b. Fortẹ ẽ vt mors di/lectio. Ps. Qm̃ ego in flagella pat⁹ sũ. Tertio in nõ fugiẽdo pudorẽ. Ps. Propk te sustinui opꝛobriũ. Matth. x. d. Qui me cõfitebik coꝝ hoib⁹ ⁊c. De hac g̃ dilectiõe dic̃: g ¶ Dili/gã. Nec dicit diligo: ꝛ diligã: vt notet pseuerãtiã. Et subiũ/git causas q̃re diligẽd⁹ sit de⁹. Prima ẽ: qz dat fortitudinẽ in aggrediẽdo ardua. Vñ dic̃ h ¶ Fortitudo mea. Ps. Dñe in v̄tute tua lẹtabik rex ⁊c. j. Machab. iij. b. Nõ i multitudine exercit⁹ victoria belli: ꝛ de cẹlo fortitudo ẽ. Secũda ẽ: qz dat firmitatẽ sustinẽdi aduersa. Eccl. xv. a. Firmabik in illo et nõ flectek. Vñ dic̃: i ¶ Firmamẽtũ meũ. Matth. vij. d. Ve/nerũt flumia ⁊ flauerũt vẽti: ⁊ irruerũt i domũ illã ⁊ nõ cecidit: Fũdata em̃ erat sup̃ petrã. Tertia ẽ: qz ipse ẽ refugiũ respirã/ti ad ipsũ: Hoc ẽ k ¶ Et refugiũ meũ: Et loquik more pu/gnãtis. Matth. xj. d. Venite ad me oẽs q̃ laborat⁹ ⁊ onerati estẹ ⁊c. Quarta: qz ipse ẽ liberator circũuẽto tẽptatiõib⁹. Vñ addit: l ¶ Et liberator me⁹. Job. xj. d. Quasi meridian⁹ ful/gor ꝓsurget tibi ad vespã: ⁊ cũ te ꝓsũptũ putauerẹ: orieris vt lucifer. j. Corẹ. x. c. Fidelis de⁹ ⁊c. Quita ẽ: qz ipse ẽ adiutor defẽdẽti se. Vñ addit: m ¶ De⁹ me⁹: q̃ me creasti. Tu es n ¶ Adiutor me⁹. Ps. Nisi qz dñs adiuuit me: paulomin⁹ ha/bitasset i inferno aĩa mea. Et iõ o ¶ Spabo i eũ. In h̄ ꝓsu p̄ ꝓmã ⁊ tertiã ꝓsonã notak i christo duplex natura. Sexta cau/sa ẽ: qz ẽ ꝓtector timẽti. Vñ dic̃: p ¶ Protector me⁹. i. p/cul tector. Esa. iiij. b. Erit i vmbraculũ diei ab ęstu/⁊ i securi/tatẽ/⁊ i abscõsionẽ a turbine ⁊ a pluuia. Septima: qz ẽ cornu impetẽti diabolũ: de q̃ addit: q ¶ Et cornu salutis meę. i. firma celsitudo. i. saluati sublimator. Saluat em̃ de⁹ ⁊ saluatũ subleuat. Ps. In te inimicos nr̃os vẽtilabim⁹ cornu. Job. iij. b. Qui pari sunt suscitare leuiathã. Luc. j. g. Et erexit cornu salutẹ nob. Octaua: qz est susceptor ad p̃miũ venitẽti. Vñ dic̃ r ¶ Et susceptor me⁹. Matth. xxv. c. Venite bñdicti pẹis mei ⁊c. Ps. Et cũ gl̃ia suscepisti me. i. gl̃ose. De his oib⁹ dr̃ Eccl. xxxiiij. c. Protector potẽtię/firmamẽtũ v̄tutis/tegimẽ ardoris/vmbraculũ meridiani/depcatio offensiõis/adiutoriũ casus/exaltãs aĩas/illuminãs oc̃los/dãs sanitatẽ ⁊ vitã et bñ/dictionẽ. Pro his oib⁹ pmittit ꝓba se laudare deũ/dicens: s ¶ Laudãs inuocabo dñm: nõ mei gloriã/ꝛ dei g̃rẽs. Laudãs: exteri⁹ ore: In uocabo. i. int⁹ vocabo i corde: ne sun de illis

Dilectio debet esse dulcis

Dilectio debet esse prudẽs

Dilectio debet esse fortis

Ps. 26.

Ps. 37.

Ps. 68.

Quare de⁹ sit diligẽd⁹ oñdit multis rationib⁹

Ps. 20.

Ps. 95.

Ps. 45.

Ps. 72.

Matth.15.a. ne sim ⁊ illis ⁊ qb⁹ dic̄ dñs Esa.xrix.d. Pp̄ls h̄ labijs me honorat: cor aūt eor lōge ē a me. Et sic p dei adiutoriū: a ¶ Ab inimicis meis/dęmonib⁹/vl̄ mūdo/carne/diabolo: de qb⁹ Ecc̄i.xviij.d. Si p̄stes aię tuę cōcupiscētias suas: dabit te in gaudiū inimicis tuis. b ¶ Salu⁹ ero: qⁿ bñ seqk̄ post inuocationē: sm illud Joel ij.g. Omis q̄ inuocauerit nomē dñi salu⁹ erit. c ¶ Circūdederūt tc̄. Secūda ps ī qua in psona iustor/q̄ fuerūt ante aduentū chri sti: agit propheta de cladib⁹ hūani generis: Et harū narratio extendit vsq̄ ad locū in q̄ agit de incarnatiōe: scz: Inclinauit cęlos et descēdit. Et vsq̄ ad collectionē ecclesię.s. Misit de sūmo ⁊ accępit me. Cōtinuatio lr̄ę. Posset aliq̄s dicere: Tu dicis te esse saluandū: quare ita dicis: qd mali tibi est? Ecce: Circūdederūt me dolores mortis. Hęc est p̄ma clades.s.pęnalitas. Et sunt hi dolores mortis/sagittę dñi: p quas itur ad mortē.s.fames/sitis/calor: frig⁹/ ⁊ hmōi sagittę tuę infixę sunt mihi. Job.vi.a. Sagittę dñi in me sunt: quar indignatio ebibit spm̄ meū. Secūda est fluxⁿ pctōr: De q̄ dic̄: d ¶ Et torrentes iniquitatis.i.pctā: e ¶ Cōturbauerūt me: quia p peccatū cōturbat aīa ⁊ cōfundit/ne sciat qd eligendū ⁊ qd fugiendū. Torrens dicit peccatū multis rationib⁹. Prima est: qz torrēs impetuose currit: sic peccatū. Seneca. Virt⁹ lēta vitiū impetuosum. Secūda est: qz ꝓpter obicē forti⁹ currit: ita phibitū magis appetitur. Ūñ: Nitimur in vetitū semp cupimusq̄ negata. Roma.v.d. Lex subintrauit vt abūdaret delictū.j.Corl.xv.g. Virt⁹ peccati lex. Tertia: qz turbid⁹: ita peccatū ab effectu: qz animā turbidā facit. Pś. Aia mea turbata ē valde. Hiere.ij.d. Quid tibi vis ī via egypti vt bibas aquā turbidā? Quarta: qz tumultuosus: sic pctor. Esa.lvij.d. Impij q̄si mare feruēs: qⁿ q̄escere nō pōt. Quīta: qz cauat terrā ⁊ cōsumit: sic pctm̄ naturalia. Job.xiiij.d. Lapides excauant aq̄: ⁊ alluuiōe paulatī terra cōsumit. Sexta: qz accidētalit̄ venit: sic pctm̄. Ūñ Seneca: Virtutes sunt in ꝓprio subiecto: vitia in alieno. Septima: quia non firma secū trahit: sic peccatum non radicatos in charitate secum trahit. Eph.iij.d. In charitate radicati et fundati tc̄. Judicl.v.c. Torrens cadumim traxit eorum cadauera. Cadumim interp̄tatur mare rubrum: ⁊ significat peccatū. Octaua: quia p̄cipitat se in mare: sic peccator p̄cipitat se ī infernū. Roma.vj.d. Stipēdia peccati mors. Nona: qz ꝓuenit ex niuib⁹ caloze solutis: sic pctm̄ est ex diabolo: q̄ p̄us erat sicut nix in cęlo: sed caloze supbię solut⁹ ē: Et iste torrēs cōturbat homies. Tertia clades ē miseria quā patit hō ex cōsortio malor. Ūñ dicit: f ¶ Dolores inferni.i.mali socij in infernū torrendi: g ¶ Circūdederūt me. Et recte mali socij dicunt dolores inferni: quia vnus de magnis dolorib⁹ inferni erit malor societas: Sicut ecōtrario vnū de gaudijs paradisi erit bonorum societas. Apocl.vj.b. Ecce equ⁹ pallid⁹: ⁊ q̄ sedebat sup eū nomē illi mors: ⁊ infern⁹ seqbat eū. Vel/ Dolores iferni.i.egritudines. Job.xxiiij.c. Ad nimiū calorē trāseat ab aq̄s niuiū. Vl̄/ Dolores iferni.i.dolor quē ī gerit necessitas descēdēdi ad ifernū. Job.xvij.d. In ꝓfūdissimū infernū descēdet oīa mea. Quarta clades ē miseria fomitis: q̄ est impedimētū ad bñ agendū: ⁊ ꝓnitas ad male agēdū. Ūñ subiūgit: h ¶ Prę occupauerūt me.i.ab infusiōe aię in me venerūt: i ¶ Laquei mortis.i. reat⁹ originalis peccati. Job.xiij.d. Posuisti in neruo pedē meū. Pś. Ut audiret gemit⁹ cōpeditor ⁊ solueret filios interēptor. Est multiplex mors/q̄rū q̄libet hz laq̄os suos. k ¶ In tribulatiōe tc̄. Sup enumerauit clades hūani generis: ꝓt q̄s amouēdas: h clamat ad dñm: ⁊ orat ī psona oīm antiq̄rū vel etiā oīm iustor in tribulatiōib⁹ positor: ostēdēs. Primo orōnē suā esse necessariā/cū dic̄: In tribulatiōe mea.ij. Paral.xx.c. Cū

Ab inimicis meis salūus ero.
Circūdederunt me dolores mortis: ⁊ torrentes iniquitatis cōturbauerūt me. Dolores inferni circūdederūt me: ⁊ prę occupauerūt me laquei mortis. In tribulatiōe mea inuocaui dñm: ⁊ ad deū meū clamaui. Et exaudiuit de tēplo sancto suo vocē meā: ⁊ clamor meⁿ in cōspectu eⁿ introiuit ī aures eⁿ. Cōmota ē ⁊ cōtremuit terra: fūdamēta mōtiū conturbata sunt ⁊ commota sunt: quoniā iratus est eis. Ascendit fum⁹ in ira eius: et igrem⁹ qd agere debeam⁹: h solū habem⁹ residui vt ad te dñe nr̄os oculos dirigam⁹. Secūdo ostdit eā ec̄ fidelē/dicēs: i ¶ Inuocaui.i.int⁹ vocaui. Esa.lv.b. Querite dñm dū inueni pōt: iuocate eū dū ꝓpe ē. Tertio/directā cū addit: m ¶ Et ad deū meū: nō ad alienū. Matth.iiij.b. et Deut.vj.b. Dñm deum tuuz adorabis: ⁊ illi soli ꝓuies. Quarto/deuotā: ibi n ¶ Clamaui: qⁿ mal⁹ est q̄z inuocare.j.Regl.j.b. Anna tacens clamabat. Quinto/fructuosā. Ūñ sequit: o ¶ Et exaudiuit de templo sancto suo.i.de cęlo. p ¶ Vocē meā. iij. Regl. viij.e. Exaudies in cęlo ī firmamento solij tui. Vel/ De templo sancto suo.i. de christo. Ūñ.j. Machab.ij.a. Tēplū eⁿ sicut hō ignobilis. De hoc tēplo exaudit nos dñs: qz est mediator. Heb.ix.g. Astat vultui dei p nobis. Vel/ Templū.i.beata ꝓgo. Pś. Adorabo ad tēplū sanctū tuū. De qua.i.p quā nos exaudit. Ūñ beat⁹ Bern̄. Ille sol⁹ a laude eⁿ taceat: q̄ eā fidelit̄ aduocatā sēsit sibi defuisse. Vl̄/ De tēplo/materiali: ad lr̄az.iij.Regl.viij.d. Si q̄s cogūerit plagā cordis sui ⁊ expāderit manⁿ suas ī domo hac: tu exaudiēs ī cęlo ī loco habitatiōis tuę. Sexto ostdit orationē suā nō solū exauditā: sed ⁊ bñplacitā/cum subiūgit: q ¶ Et clamor meⁿ ī cōspectu eius.i.in bñplacito: vel in corde vbi ipse sol⁹ ꝓspicit.j.Regl.xvj.b. Hō videt ea q̄ patent: deus autem cor intuetur. Septimo ostendit eā esse efficacē/dicēs: r ¶ Introiuit in aures eⁿ.i.in clemētiā eius. Ecc̄i.xxxv.c. Oro hūiliātis se nubes penetrabit. ¶ Ostensis ⁊ determiatis cladib⁹ hūani generis: ⁊ qⁿ ꝓter illas clamās exaudit⁹ est ꝓpha: vel christ⁹ ī psona mēbror: qm̄ hoc factū est p christi incarnationē ⁊ passionē: Ideo subiūgit de incarnatione: Sed p̄us dicit de illis q̄ facta sūt ī illo aduētu/q̄z de ipso aduētu vl̄ incarnatiōe loquat. Illa aūt sūt/p̄dicatio christi/⁊ effect⁹ ipsi⁹ p̄dicatiōis. Prim⁹ q̄ effectus est cōmotio in mēte peccator p timorem: de quo dicit: s ¶ Cōmota ē terra.i.trena corda hoim. Pś. Alluxerūt coruscatiōes tuę orbi terrę/vidit ⁊ cōmota ē terra. Bñ dicit: Cōmota: q̄si sil⁹mota: qz cōtritio debet esse vniuersalis. Ūñ Pś. Lauabo p singulas noctes lectū meū. Esa.xxxviij.c. Recogitabo tibi oēs annos meos tc̄. Threñ.iij.b. Fręgit ad numer dētes meos: Ad numerū dentes frangunt: cū homies p singulas delectationes ꝓterunt. Secūd⁹ effect⁹ ē tremor in corpe: de q̄ subdit: t ¶ Et cōtremuit terra. Hiere.xxxj.d. Postq̄z ostdisti mihi/pcussisti femur meū: cōfusus sū ⁊ erubui. Tert⁹ effectus ē ānihilatio amoris mūdi. Ūñ addit: v ¶ Fūdamēta.i.spes: x ¶ Mōtiū.i.supbor cōfidētiū ī trenis: y ¶ Cōturbata sūt ⁊ cōmota sūt: ita q̄ iā nō ponūt spē in trenis. De his mōtibus.ij. Regl.j.d. Mōtes gelboe nec ros nec pluuia veniāt sup vos tc̄. Gelboe iterp̄tat volutatio vl̄ decurs⁹: ⁊ significat ista tpalia q̄ voluūt ⁊ defluūt. Fūdamēta hor mōtiū st amor mūdi ⁊ spes hūana: q̄ p p̄dicationē christi destructa sūt: ⁊ posita st fūdamēta fidei/spei ⁊ charitatis: Et hoc/ z ¶ Qm̄ iratus ē eis.i.irā futuri iudicij p̄dicauit p se. Lucl.xxiij.e. Veniēt dies ī qb⁹ dicēt: Beatę steriles ⁊ vētres q̄ nō genuerūt/⁊ vbera q̄ non lactauerūt: Tūc incipiēt mōtib⁹ dicere: Cadite sup nos: ⁊ collib⁹ opite nos. Itē p alios. Johānes Matth.iij.b. Genimia vipar q̄s demōstrabit vob fugere a ventura ira? Et ex hoc q̄ sic iratus est eis: sequitur cōpūctio. Unde dicit: a ¶ Ascēdit fum⁹.s.lachrymosę cōpunctiōis a corde ad oculos. Et nota q̄ fum⁹ est ex igne ⁊ signū ignis: sed ex igne cū aqua: id est ex igne charitatis/mixta aqua timoris vel doloris: et est signum charitatis: nō tamen perfectę: sed impfectę: quę mixta ē cū timore. Perfecta eⁿ charitas forras mittit timorē.j. Job.iiij.d. Fumus inq̄ ascēdit: Et b ¶ In ira eius.i.p timore irę eⁿ. Pś. Tange montes ⁊ fumigabunt.

Ignis.s.clarus

Al. ⁊ inferi
Al. ⁊ p̄uenerūt
al. ⁊ Et ī p̄ssura
De cladib⁹ humani generis
Pctm̄ cōp torrenti
Pś.6.
Pś.101.
De oratione in tribulationib⁹
Pś.137.
De p̄dicatione christi et eⁿ effectu
Pś.96.
Pś.6.
Pś.145.

a Ignis.s.clar⁹ sine fumo.i.mor⁹ purę charitatis. b A facie ei⁹ exarsit.i.a cognitiõe ei⁹. Facies em̃ dei dr̃ cognitio. Job.xxxiij.d. Videbit faciẽ ei⁹ in iubilo. Nec dicit tm̃ arsit: sz exarsit. Arsit in cognitiõe diuinitat⁹/intra:exarsit/in cognitiõe hũanitatis.i.extra arsit. c Carbones/q̃ extincti erãt.i. illi q̃ p̃us erãt in mortali pctõ mortui et denigrati (Threñ. iiij. b. Denigrata est sup carbones facies eorũ. Mattũ.ij.c. Facies eorũ sicut nigredo ollę)

a ignis a fãcie eius exarsit: cãr
b bones succensi sunt ab eo.
c Inclinauit cęlos et descen-
d dit: ⁊ cãligo sb̃ pedib⁹ ei⁹. Et
e ascẽdit sup cherubin ⁊ volauit: volauit sup pẽnas vẽtor̃

d Succensi sũt ab eo: igne/vel deo: q̃ dicit ignis Deut. iiij.d. Et Heb.xij.g. Deus nr̃ ignis cõsumẽs est. Dicunt aũt carbones: dũ sunt in peccato mortali/multis rõnib⁹.qz.s.sunt extincti/frigidi/obscuri/imũdi. Extincti: qz a caloze charitatis vacui. Frigidi/to:poze fidei. Obscuri/exẽpli corruptiõe. Imũdi/imitatiõe. Eccli.xiij.a. Qui tetigerit picẽ ꝛc̃. Sed econtrario homĩes existẽtes in charitate/dicunt p:unę siue carbones succẽsi. Calidi/igne spũssancti. Lucidi/doctrina veritatis. Mũdi/ p exẽplũ. Itẽ carbo q̃ńcz dicit pęnitẽs: vt hic. Q̃ńcz exempla sanctorum: vt ibi: Cũ carbonib⁹ desolatorij. Q̃ńcz ignis charitatis: vt Prouerb.xxv.c. Si esurierit inimic⁹ tu⁹/ciba illũ: et sic cõgeres carbones sup caput eius. Itẽ si bñ aduertitis: in hoc versu notat tripleꝛ status.s.incipiẽtiũ/pficiẽtiũ/pfector̃. Ad incipiẽtes em̃ ptinet p̃mũ q̃ dicit: Ascẽdit fum⁹ in ira ei⁹. Ipsi em̃ multitudinẽ ⁊ magnitudinẽ pctor̃ suor̃ ⁊ seueritatẽ irę dei accẽdũt: ⁊ sic possũt dicere ad dñm cũ dauid: Nõ est sanitas in carne mea a facie irę tuę: non est pax ossibus meis a facie peccator̃ meor̃. Ad pficiẽtes aũt ptinet: Ignis a facie ei⁹ exarsit. Ipsi em̃ iã cõfisi de venia/nõ tã sua pctã q̃ christi bñficia: nec tã christũ iratũ q̃ benignũ respiciũt: Et sic ignis purę dilectiõis sine fumo dolozis ĩ cozdibus eor̃ accẽdit. Et sic dr̃ Tob.iij.d. Qñs post tẽpestatẽ/cõtritiõis: trãquillũ fac̃ deuotiõis: ⁊ post lachzymationẽ ⁊ fletũ exultationẽ infundit. Vñ dicit Eccli.ix.c. Vinũ nouũ/amicus nouus: veterascet/⁊ cũ suauitate bibes illud. Ad pfectos autẽ ptinet: Carbones succẽsi sunt ab eo. Ipsi em̃ alios accendũt p̃dicãdo: p eis ozãdo: tpalia bñficia ⁊ obseq̃a imperti/endo. Primũ g̃ q̃d̃ de incipiẽtibus dr̃: Ab ira dei: secundũ q̃d̃ de pficiẽtib⁹ dicit: A facie ei⁹/puenit.i.a respectu misericozdię q̃ ppzie dr̃ facies ei⁹: cui ppziũ est misereri: tertiũ aũt ab ipso toto: qz p̃mũ min⁹ est/tũ bonũ: secũdũ maius ⁊ meli⁹: tertiũ maximum ⁊ optimũ in via. Hęc sũt tria vnguẽta beati Bernardi: q̃ sponsę christi assignat inesse.s. vnguentũ cõtritionis/vnguentũ deuotiõis/vnguentũ cõpassiõis. Vñ ipse beatus Berñ.dicit: Bonũ quidẽ est vnguẽtũ cõtritiõis: q̃d̃ fit de recozdatiõe pctõr̃: meli⁹ est vnguentũ deuotiõis/q̃d̃ fit de recozdatiõe bñficior̃: sed vtrũq̃ supat/vnguẽtũ cõpassiõis/q̃d̃ fit ꝺ respectu miseror̃. e Inclinauit cęlos ꝛc̃. Hic apte agit ꝓpheta de incarnatiõe. Et sic cõtinua p̃cedẽtib⁹. Dico q̃ carbones succẽsi sũt ab eo: q̃ venit ignẽ mittere in terrã: et nõ vult aliud nisi vt accendat: Lucꝛ.xij.f. Et vere venit ⁊ accẽdit: Quia/inclinauit cęlos: sicut vas vt totũ effunderet. Vñ in natiuitate cantat ecclia: Hodie melliflui facti sunt cęli. f Et descẽdit: in carnẽ. Phil.ij.a. Hũiliauit semet/ipsum/formã serui accipiẽs. Vel aliter: vt cęlũ tripliciter accipiat.s.christus/vir iustus. Esa.vlti.a. Cęlũ mihi sedes est. Et etiã p̃dicatores. Pś. Cęli enarrãt gl̃ã dei ꝛc̃. Iz est g̃ sensus: Inclinauit/christũ.i.in carnẽ hũiliauit. Vel/Inclinauit cęlos.i.iustos hũilitatẽ docuit/⁊ hũiles fecit. Vel/Inclinauit cęlos.i.p̃dicatores a cõtemplatiõe ad actionẽ: de quiete ad molestiã: de subtili doctrina ad lacteã doctrinã. His trib⁹ modis ĩclinant p̃dicatores. Vñ Jacob vidit angelos ascẽdẽtes ⁊ descẽdẽtes/⁊ dñm innixũ scalę: Geñ.xxviij.c. Vel/Inclinauit cęlos.i.p̃dicatores exposuit pęcutiõib⁹ ⁊ tribulationibus. Vel/Inclinauit.i.humiliauit cęlos.i.p̃latos et p̃dicatores: vt eis libẽtius crederet: quia humilib⁹ meli⁹ credit. Ecclesiastic.xxxiiij.a. Cũ austeritate imperabatis eis. Et ex h̃ seq̃t: Dispersę sũt oues meę/eo q̃ nõ erãt pastor: et factę sũt in deuozationẽ oim̃ bestiarũ agri: Et descẽdit. Sic g̃ christ⁹ ẽ inclinat⁹.i.valde hũiliat⁹. Et ꝓt h̃ dicit Hiero⁹. Quãto sũt hũilioza q̃ p me pass⁹ ẽ: tãto ei pl⁹ debeo: Et cũ oia replicaueris: nihil cruce cõtumeliosi⁹ inuenies quã pfitemur. Et qz sic humiliauit: Jõ seq̃t: g Et caligo sub pedib⁹ ei⁹: id ẽ diabolus: qui dicit caligo formaliter/qz caret luce: ⁊ effectiue/qz efficit caliginẽ peccati. Sub pedibus eius. i. sub potestate christi: quia p humilitatẽ incarnationis ⁊ passiõis triumphauit de ipso. Vel/Caligo: dicunt impij amoze terrenor̃ exceçati: De quib⁹ dicit Esa.vlti.a. Terra scabellũ pedum eius. Vel/Caligo dicit simplicitas credentiũ/ quę est sub pedibus christi: qz simplices nihil desiderãt nisi q̃d̃ christus. Vl/Caligo sub pedibus ei⁹.i.obscuritas sub hũanitate. Joh.j.d. Cui⁹ non sum dignus soluere corrigiã calceamẽti eius. Item Caligo: id est diabolus: Sub pedib⁹ ei⁹.i.sub apostolis/⁊ viris sanctis: quia conculcat ab eis. Et dicunt pedes dñi: qui portãt eum. j.Cor̃.vj.d. Glorificate et portate deũ in corpore vestro. Act̃.ix.c. Vas electiõis mihi est iste: vt portet nomẽ meũ coram gentib⁹ ⁊ regibus ⁊ filijs israel. Nec hoc solũ p passionẽ meruit: sz gloria ascẽsiõis: de q̃ subdit: h Et ascẽdit sup cherubin.q.d.q̃ descẽdit/ipse ẽ q̃ ⁊ ascẽdit: ꝓm illud Joh. iij.b. Nemo ascẽdit in cęlũ nisi q̃ de cęlo descẽdit ꝛc̃. Eccl̃s.j.a. Orit̃ sol ⁊ occidit/⁊ ad locũ suũ reuertit: ibicz renascẽs gyrat p meridiẽ/⁊ flectit ad aq̃lonẽ: lustrãs vniuersa in circũitu. Thema ĩ annũciatiõe et natiuitate et passiõe ⁊ ascẽsiõe: Hic ẽ sol iusticię christus de⁹ nr̃: de q̃ Malach.iiij.a. Oriet̃ vob̃ timentibus nomen meum sol iusticię. Qui orit̃ in natiuitate: Zach.vj.d. Oriẽs nomẽ ei⁹. Occidit ĩ passiõe. Ad locũ suũ renertit ĩ ascẽsiõe: Ibicz renascẽs/supple effectiue: qz nos fac̃ renasci p aquã ⁊ spm̃ sctm̃: Gyrat p meridiẽ.i.p iudęos. Per quos bñ dicit gyrare/q̃si p circũitum: qz a iudęis incępit ecclesia: ⁊ ad ipsos reuertet̃. Vñ versus. Cępit ab his/transfert ad hos/referet̃ ad illos Nostra fides/⁊ erũt ĩ mũdi fine fideles. Iste etiã sol flectit̃ ad aq̃lonẽ.i.ad gẽtiles. Ad quos bene dicit̃ flecti: qz ad ipsos nõ fuit p̃ncipaliter missus fili⁹ dei: ꝓm illud Matth̃.xv.c. Non sum missus nisi ad oues q̃ perierũt dom⁹ israel̃. Lustrat vniuersa: ꝓm illd̃ Roma.xj.d. Oia ꝛclusit ĩ incredulitate vt oim̃ misereat̃. i Sup cherubin. Ad ĩ h̃ sensu accipi põt/q̃ ille ordo seruiebat ei/q̃ñ ascẽdit: nõ ad necessitatẽ/qz ppzia virtute ascẽdit: sed ad honorẽ. Vel in hoc sensu: vt sup illũ ordinẽ in cęlis hũanitas christi exaltata sit. Nec dicit sup seraphin: sz sup cherubin: qui est penultim⁹ ordo: qz vltra seraphin nõ ẽ nisi hierothesia.i.sacer ordo trinitat⁹. Si g̃ diceret: sup seraphin: videret̃ dicere hoĩem ascẽdere vsq̃z ad diuinã essentiã: ⁊ q̃ hũanitas esset ęqualis diuinitati. Q̃d̃ remouet dicẽs: Sup cherubin. Verũtamẽ christus hõ/⁊ etiã beata ꝗgo ẽ sup oẽs ordines ãgelor̃ ĩ cęlo/⁊ loco ⁊ merito. Vel/Sup cherubin/dicit: qz nulla sciẽtia põt attingere ad ipsũ. Vñ Pś. Mirabilis facta ẽ sciẽtia tua ꝛc̃. Eccl̃s.vij.c. Diri sapiẽs efficiar: ⁊ lõgi⁹ recessit a me. k Et volauit.i. velociter ascẽdit. l Volauit sup pennas ventor̃.i.citius q̃z venti. Et est hyperbolica cõmendatio: vt maior notet̃ velocitas ascẽsus ei⁹: Semiario em̃ ꝗbi notat celerem eius ascensum: Vel celeritatẽ famę ei⁹: Or̃ cito natus: tã cito pastorib⁹ nũciatus: Luc̃.ij.b. Et magis stellę indicio reuelat⁹: Matth̃.ij.a. Vel/Volauit.i.eleuat⁹ ẽ: Sup pẽnas vẽtor̃.i.sup ꝗtutes aiar̃. Vẽti em̃ dicũt aię. Job.xxvij.d. Qui fecit vẽtis põd⁹.i. aiab⁹ corp⁹. Pẽnę sũt ꝗtutes sup q̃s volauit: qz sua grã ẽ sup oẽm grãz. Joh.iij.d. Dedit et spm̃ nõ ad mẽsurã. Et etiã ĩ h̃ notat q̃ ab ipo ẽ ois grã. Joh. j.b. De plenitudĩe ei⁹ oẽs accępim⁹. Et nota q̃ bis dicit volauit. Et ad p̃mũ nihil addit: sz ad scõm addit istud: Sup pẽnas vẽtor̃. Primũ volauit referet̃ ad diuinitatẽ: cui⁹ virt⁹ est sua cẽntia: q̃ qz tãta ẽ/iõ ad eã nullã fecit cõpationẽ. Secũdũ aũt referet̃ ad grãz hũanitat⁹: q̃ aliq̃'mõ respicit vl recipit ꝓpor̃tõz.

Hiero⁹.ostẽdit

Thema

Versus

Pś.119. Ro.12.d. Tripleꝛ status notatur in hoc versu

Pś.37.

Pś.18.

Pś.138.

Bliter.

Dnãtores dicũt carbones

Existẽtes in charitate dicuntur p:unę

Alter

Hiero⁹. Ostēdit hic christ⁹ velocior vento: leuior q̃ aia: p̃ celsior angelis ⁊ q̃buscũq; sãctis. Vel aliter. Et ascēdit sup cherubin: qd̃ interp̃tat plenitudo sciētię. q. d. omnē homis scientiā excedit ei⁹ ascēsio. Vel Ascēdit sup cherubin: id est in seraphin: qd̃ est sup cherubin: qd̃ seraphin interp̃tat ardor vel ardētes. i. ascēdit et habitat in eis q̃ ardēt igne charitatis. Job. xxiij. c. Si q̃s diligit me/sermonē meũ seruabit: ⁊ pr̃ me⁹ diliget eũ: et ad eũ veniemus et mãsionē apud eũ faciem⁹. Et q̃uis ita ascēderit: tamē volauit a nostro intellectu. Ps̃. Ascēdet hō ad cor altũ: ⁊ exaltabit de⁹. Job. ix. b. Si venerit ad me/nō videbo eũ: si abierit/nō intelligã. Cãt. vj. a. Auerte oculos tuos a me: qr ipsi me auolare fecerũt. Et hoc: Sup pēnas ventor. i. virtutes sanctor/eos pregendo occasionalit/qr ex hoc humiliant: ⁊ augēdo/qr dñs se subtrahit aliquãdo vt auidius quęrat: ⁊ habitus diligētius custodiatur. a Et posuit tenebras. i. mysterium incarnatiōis: b Latibulũ suũ: vt sic fides haberet meritũ. Vñ dicit Augustin⁹: Dñe abscōde te/vt credamus. iij. Regꝭ. viij. b. Dixit dñs vt habitaret in nebula. Vel/Tenebras: cęlũ empyreũ: Posuit latibulũ suum: qr de illo nihil scimus. Esa. vj. a. Vidi dominũ sedentē sup solium excelsum ⁊ eleuatũ: ⁊ plena erat domus a maiestate eius: ⁊ ea quę sub ipso erāt/replebant templũ. Seraphin stabāt sup illud: sex alę vni/⁊ sex alę alteri: duab⁹ velabāt facię eius: ⁊ duab⁹ velabāt eius pedes ⁊c. Vel Tenebras. i. scripturas ꝓphetar̃/in quib⁹ latet: qr scriptura videt humilis/ꝓm formã litterę: sed tamē dominus intus latet. ij. Pet. j. d. Habem⁹ firmiorē ꝓpheticũ ꝓmonē/cui bñ facitis attēdētes q̃si lucernę lucēti ī caliginoso loco. Vel/Tenebras. i. ecclię sacramēta: Latibulũ: quia ibi est: ⁊ tamē non videm⁹ eum ibi/nisi p fidem. Vel/Tenebras. i. viles mũdi/in quib⁹ habitat p gratiã: Latibulũ: qr ibi nō videt a mũdanis. Esa. l. b. Induã cęlos tenebris: ⁊ ponã saccum operimētũ eor̃. Vel/Tenebras. i. pctōres: ponit Latibulũ: qr in eis opat ipsis nesciētib⁹. Et q̃uis in tenebris istis sic latear: tamē c In circũitu ei⁹. i. ex omi pte est: d Tabernaculũ ei⁹. i. ecclesia/vel q̃libet aia iusta q̃ militat deo. Vñ dixit: Tabernaculũ: qd̃ est militantiũ. i. adhęret ei/nō vt ī carne: sed sicut est in scripturis. Unde dicit: e Tenebrosa aqua. i. obscura doctrina: f In nubib⁹ aeris. i. in scripturis ꝓphetar̃. Dicit aũt tabernaculũ ei⁹ esse in circũitu ei⁹: qr ipse est q̃si cētrũ in medio ecclię/oīb⁹ quãtũ in se est/ęq̃liter se offerēs sine ꝓsonar̃ acceptiōe. Act. x. e. In veritate cōperi: qr nō ē ꝓsonar̃ acceptor deus ⁊c. Itē in circũitu dicit esse tabernaculũ: vt in ipso q̃si in centro oēs cōiungant vinculo charitatis: sicut radioli in mediolo quadrigę. Act. iiij. f. Multitudinis credentiũ erat cor vnũ ⁊ aia vna. s. in dño qui eos in se cōiungebat. Job. xj. g. Jesus moritur⁹ erat p gente: ⁊ non tm̃ p gente: sed vt filios ist̃r q̃ dispersi erāt/cōgregaret ī vnũ. Itē Tabernaculũ eius in circũitu ei⁹/ad audiendũ/ad ornãdũ/ad muniēdũ. Vl̃/Tabernaculũ in circũitu ei⁹: Dicit etiã/ei⁹/intra qd̃ tota latuit diuinitas/nō inclusa tamē. Esa. xlv. c. Vere tu es de⁹ abscōdit⁹. De h̄ tabnaculo dicit in Ps̃. 18. Ps̃. In sole posuit tabernaculũ suũ. g Prefulgore ⁊c. Continuatio. Dixi q̃ tenebrosa aq̃. i. obscura doctrina: in nubib⁹ aeris. i. ī ꝓphetis: ⁊ etiã ī alijs oīb⁹ p̃dicatorib⁹. Tenebrosa dico: prefulgore in cōspectu ei⁹. i. respectu fulgoris ei⁹ q̃ erit in manifestatiōe: qñ videbim⁹ eũ facie ad faciē: qr nemo ē adhuc ī futura luce/q̃uis scp̃turas intelligat. 1. Cor. 13. Vel sic/Tenebrosa aq̃ i nubib⁹ aeris: Alia lr̃a. i. in ꝓphetis: qr ęther remotior ē a nob̄ q̃ aer: Sil̃r ꝓphetica scp̃tura remotior ⁊ obscurior ē q̃ apl̃ica doctrina: Vñ addit: Prefulgore: vna dictio est. i. plucidę: h In cōspectu. i. in cognitiōe. i Eius. s. dei. k Nubes. i. apl̃i q̃ deũ vicini⁹ ꝓtēplant: l Trãsierũt/de iudęis ad gentes. De his nubibus Esa. lx. b. Qui sunt isti q̃ vt nubes volãt ⁊c. Esa. v. b. Wãda/

cherubin

c Et posuit tenebras latibulũ
d suũ: ī circũitu ei⁹ tabernacu-
e lũ ei⁹: tenebrosa aq̃ ī nubib⁹
f aeris. Pre fulgore ī ꝓspectu

i eius nubes transierũt: grãn-
k do et carbones ignis. Et in-
l tonuit de cęlo dominus: et
m altissimus dedit vocē suam:

bo nubib⁹ meis ne pluat sup eã imbrē. Job. xxxvij. b. Frumẽtũ desiderat nubes. Ubi dicit Greg⁹. Frumẽtũ: electi/cęlestibus h̄orreis recōdēdi/q̃ pluiã desiderāt donec ad pfectũ veniant. De trãsitu dicit paul⁹: Act. xiij. g. Uob oportebat primũ p̃dicare verbũ dei: sed qm̃ repulistis illud/indignos vos iudicastis ęternę vitę: ecce cōuertimus nos ad gētes. Vel/Trãsierũt: mũdũ p ꝓtęptũ ꝓrenorũ sicut pegrini. Heb. vlti. c. Nō habem⁹ hic manentē ciuitatē: sz futurã inq̃rimus/p fidē. Phil. iij. d. Cōuersatio nostra in cęlis ē: p carnis macerationē. Et nota q̃ dicit: Prefulgore. i. p̃fulgidę: vbi duo notāt: in fulgore/claritas: i pre/supeminētia: q̃ debet esse in p̃dicatorib⁹: q̃ et fuit ī apl̃is. Daniel. xij. b. Qui aũt docti fuerint/fulgebũt q̃si splendor firmamēti: ⁊ qui ad iusticiã eruditũt multos/q̃si stellę in perpetuas ęternitates: ecce claritas. Exo. xxv. c. precepit dñs vt fieret sup mēsam corona interrasilis alta quattuor digitis: ⁊ sup illã altera corona aureola: ecce excellēria ī aurea ⁊ aureola. m Grãdo: Sic lege: Nubes trãsierũt: ⁊ in trãsitu suo facr⁹ est grãdo. Et determiat hic modũ p̃dicatiōis apl̃or: qui cōsistit in q̃ttuor. Primo in aspere increpãdo: qd̃ notat cum dicit: Grãdo. Secũdo ad amorē inflãdo: Vñ dicit: n Et carbones ignis. Iere. xxiij. f. Nũquid nō verba mea sunt q̃si ignis ardens/ecce inflãmatio: Et sicut malle⁹ cōterens petras/ecce aspitas increpatiōis. Et Ps̃. Et virtutem terribiliũ tuorũ dicēt: ecce increpatio. Memoriam abundantię suauitatis tuę eructabũt: ecce accēsio amoris. Et nota q̃ nō dicit/ignis: sed dicit: carbones ignis. Ignis em̃ dicit spũsanct⁹. Lucꝭ. xij. f. Ignem veni mittere in terrã. Sed ipsi sunt carbones ignis: qr succēsi sunt spũsancto. Tertio ꝓsistit mod⁹ p̃dicatiōis apl̃or in cōminatiōe pęnar̃ ęternar̃: qd̃ notat cũ subdit: o Et intonuit: cōminando. s. has pęnas: p De celo: de apostolis: q Dñs. Matth. x. c. Nō em̃ vos estis q̃ loq̃mini: sed spũs patris vĩ q̃ loquit in vob. Tonitrus em̃ terribilit cōminat. Ps̃. A voce tonitrui tui formidabũt. Eccl. xliij. b. Vox tonitrui ei⁹ verberabit ęrã. i. ꝓrenos. Fit aũt duplicit tonitr⁹: ꝓm duas sui diffinitiōes: q̃r vna ē: Tonitrus ē ex collisiōe nubiũ: sic apl̃i ⁊ p̃dicatores p collisionē auctoritatũ faciũt tonitruũ. Alia diffinitio ē: Tonitrus ē ignis extinct⁹ ī nube. Nec fit ex igne solũ: nec ex nube solũ: qr oportet q̃ p̃dicatores habeant duo. Ignē. s. irã p cęlum. Nubē aquosã. i. cōpassionē. Ignis sine nube videt pōt⁹ indignatio aut odiũ q̃ p̃dicatio: Nubes sine igne/remissio. Vñ Greg⁹ in pastorali. Curãdũ q̃ppe ē/vt rectorē subditis ⁊ matrē pietas ⁊ patrē exhibeat disciplina: atq; inter hęc sollicita circũspectiōe pnidendũ/ne aut districtio rigida/aut pietas sit remissa: Nã misericordia aut disciplina multũ destituit/si vna sine altera teneat: Sed erga subditos inesse rectorib⁹ debet ⁊ iuste cōsulēs miscēdia: ⁊ pie sęuiēs disciplina. Hinc nãq; ē q̃ docēte veritate/p samaritani studiũ semiuiu⁹ ī stabulũ ducit: ⁊ vinũ atq; oleũ ei⁹ vulnerib⁹ adhibet: vt p vinũ. s. mordeant vulnera: p oleũ foueant. Ne cesse q̃ppe ē/vt q̃sq; sanãdis vulnerib⁹ p̃est/in vino morsũ doloris adhibeat: in oleo mollicię pietatis: quaten⁹ p vinũ mũdent putrida: p oleũ sanãda foueant. Quarto in leniter cōmonãdo ⁊ exhortãdo p exēpla/rōnes/auctoritates. Unde dicit/ r Et altissim⁹ dedit vocē suã. Ps̃. Dedit vocē suã: mota est tra. Dedit: nō vēdidit. Esa. lv. a. Venite emite absq; argēto: ⁊ absq; vlla cōmutatiōe vinũ ⁊ lac. Matth. x. b. Gratis accepistis/gratis date. Itē dicit: Dedit: qr hō naturalit libēt⁹ facit ꝓpt blandã admonitionē q̃ ꝓpter imperiũ. Vñ Ps̃. Adducent regi virgines. Non dicit violenter trahent. Seneca. Generosus est anim⁹ homis et in potestatē recalcitrãs: facile ducit q̃ trahat. Et ex hoc accidit q̃ hō sp nitit in vetitũ: cũ liber velit eē naturalit. Admonitio ꝓo cōsistit ī tribus. Primũ est/inscios bñ instruere. Gal. vlti. a. Instruite in spũ lenitatis. Secũdũ ē/deuiãtes leuiter corripe. ij. Thessal. iij. d. Nolite

Ps̃. 63.

Mod⁹ p̃dicationis apl̃or in q̃tuor consistit

Ps̃. 144.

Tonitr⁹ fit plicit: et q̃dam et comparatione predicationis

Ps̃. 103.

Ps̃. 45.

Ps̃. 44.

Admonitio consistit in tribus

iij.d. Nolite q̃si inimicũ illũ existimare: sz corripite vt frẽm. Tertiũ est desolatos pie ꝓsolari. Esa.xl.a. Cõsolamini/ꝓsolamini popule me⁹/dicit dñs vester. Et dicit/dñs: vt p̃dicatores se seruos eius recognoscãt ⁊ ei seruiant. Matth.xxiiij.d. Quis putas est fidelis seruus ⁊ prudẽs quẽ ꝓstituit dñs sup familiã suã: vt det illis cibũ in tẽp ore.i. Lorꝯ.iiij.a. Sic nos existimet hõ/vt ministros christi. Itẽ dicit/altissimus: vt sibi eius gloriã nõ vsurpent/quẽrendo vanã gloriã.q.d.quia altissimus: ideo omnia sunt ei attribuenda. Lucꝯ.ij.b. Gloria in altissimis deo. Brũs Berñ. Fidelis reuera seruus es/si de gẽia dñi tui: ⁊ si nõ exeunti a te: tñ transeunte per te nil tuis manib⁹ adherere ꝓtingat. a Grãdo et carbones ignis: vt supra: Sz repetit ad maiorẽ ꝓfirmationẽ. Vl' ad litterã põt exponi istud: Et itonuit de celo dñs: ĩ trãsfigurione: Ubi iohes ⁊ iacobus/q̃ ibi fuerũt/vocati sũt boanerges.i.filij tonitrui: Mar.iij.b. Et altissimus dedit voce suã: dicẽs: Hic est filius meus dilect⁹: Matth.xvij.a. Grando et carbones ignis. Hoc non mutat. b Et misit ⁊c. Ostẽso modo p̃dicandi: hic incipit ondere q̃ sunt necessaria p̃dicatori. Primũ est auctoritas: De q̃ dicit: Et misit/dñs.s.cui⁹ est mittere. Lucꝯ.x.a. Rogate dñm messis vt mittat operarios in messẽ suã. Ro.x.c. Quõ p̃dicabũt nisi mittant: Secundũ est celeritas siue strenuitas ĩ exequẽdo officiũ suũ: Unde dicit: c Sagittas suas. Esa.xlix.a. Posuit me sicut sagittã electã. Prędicatores enim dicit sagittas ꝓpt multas ꝓprietates sagittę/q̃s in se debet hãe. Prima est: Velox ẽ: sic ⁊ ipsi debent esse. Prouerb.vj.a. Discurre/festina/suscita amicũ tuũ.

Que sint necessaria p̃dicatori.

Predicatores sagitta.

Fragilis ẽ: sic ⁊ ipsi debẽt esse p sui cognitionẽ. ij. Lorꝯ.iiij.b. Habem⁹ thesaurũ istũ ĩ vasis fictilib⁹. Propt ꝗ vocabat dñs frequent Ezechielẽ: fili hois. Aug⁹. Ut aliq̃d sim⁹ cogitem⁹ q̃ prope nihil sumus.

Leuis est: sic p̃dicatores p ꝓtemptũ temporaliũ. Greg⁹. Qui ꝓtemptũ temporaliũ prędicat: restat vt ipse prior contemnat. Et alibi dicit de malis: idẽ: Forte ideo ꝓtemptũ temporaliũ prędicant/vt ea soli habeãt: Sũt enim qui pauperiatẽ prędicant vt medicamentũ: sed eã fugiũt vt venenũ.

Gracilis est: sic prędicatores p carnis macerationẽ. Cantꝯ. iij.c. Uniuscuiusq̃ ensis super femur suum ꝓpter timores nocturnos. Femur vocat carnalitatẽ.

Fugat lupos: sic p̃dicatores dęmones. Job.iij.b. Qui parati sũt suscitare leuiathan. Uñ.ij.Regꝯ.j.c. prędęcpit dauid vt docerent filios iudę arcũ.

Plana ⁊ leuis est: sic ipsi leuiter corrigere debent. Geñ.vj.c. prędęcpit dñs vt fieret arca de lignis leuigatꝯ. Gal'. vltꝯ.a. Corripite huiusmodi in spiritu lenitatis.

Penetratiua est. Cantꝯ.v.c. Percusserũt me ⁊ vulneraverunt me custodes murorũ.i. prędicatores.

Pennata est: sic ⁊ ipsi pennis virtutũ. Prouerb.j.b. Frustra iacit rętę ante oculos pennatorũ.

Recta ẽ: sic ⁊ ipsi p itẽtionẽ. Ps. Rectos decet collaudatio.

Concaua est in capite: sic debẽt esse p̃dicatores p hũilitatẽ. Uñ ĩ capite sermonis.i. ĩ ꝓthemate hũiliãt se ⁊ petũt orõnẽ audientiũ. Judicꝯ.vj.g. Gedeon ipleuit conchã rore. Et. iiij.Regꝯ.iiij.a. Uasa vacua impleuit heliseus.

Ps.32.

